TOBIÆ PAVRMEISTERI,
A KOCHSTET, IC.

AVLÆ CÆSAREÆ COMITIS,
CONSILIARII SAXONICI
ET
EPISCOPATVS HALBERSTA-
DENSIS CANCELLARII:

DE
IVRISDICTIONE
IMPERII ROMANI,
Libri II.

EDITIO SECVNDA.

*CVM ACCVRATA SINGVLORVM RECEN-
ſione, tum Capitum aliquot nouorum Controuerſiarum illuſtrium
definitiones continentium:*

Inprimis vero NOBILIS huius temporis quæſtionis, de coniuncta Cæſaris cum Camera Iuriſdictione repetitæ ſolidioris explicationis acceſſione,

*ITA AVCTA ET POLITA, VT NOVAE
haud abſimilis eſſe videatur.*

LOCA ITEM GERMANICA NE QVEM
guæ noſtræ ignarum remorentur, latinè reddita.

*ADIECTIS AD CAPITA SINGVLA OBSERVAT
& Indice ad calcem locupletiſſimo.*

Cum gratia & priuilegio Cæſareo ad ſexennium.

Francofurti ad Mœnum, typis Nicolai Hoffmanni,
Impenſis Petri Kopffii.

M. DC. XVI.

TOBIAS PVRMEISTER A KOCHSTET IN HADEBER ET ZILLING. IC. COM: PAL: CÆS: ANO M.D.C.VIII
MENTEM FORMA TVAM, DOCTRINAM PENNA CHERVSCI
ACTA FIDEM CÆSAR GVELPHIADESQVE PROBANT.
IANVS IACOBVS BOISSARDVS VESVNTINVS.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO HENRICO IVLIO,

Poſtulato Epiſcopo Halberſtadenſi, Duci Brun-
ſuicenſi ac Lunæburgenſi, Domino
ſuo clementiſſimo.

ANNVS *iam agitur viceſimusoctauus,* SERENISSIME *ac* POTENTISSIME PRINCEPS, *Domine clementiſſime, quando diſciplinæ legalis ſpaciis, cum in aliis Saxoniæ, tum præcipuè in celebri Academia Francofordiana ad Viadrum pene decurſis, ſuperioris quoq; Germaniæ Gymnaſiis pleriſq; perluſtratis,* FRIBVRGI *tandem* BRISGOIÆ, *eo fine ſubſiſterem, vt inde in Galliam vicinam, Iuris-Ciuilis ſtudiis tota tum Europa clariſſimam, prima quaq; occaſione tranſirem. In quam itinere ſuſcepto, cum apud* Sequanos, *interiora eius propter tumultus bellicos & peſtem vbiq; ferè deſæuientem abſq; periculo penetrari non poſſe, intellexiſſem, poſtquam* Veſuntioni, *quo, & vniuerſa pene Schola, Do-*

DN. TOBIÆ PAVRMEISTERI A KOCHSTET, IC.

De Iuriſdictione Imperii Romani

LIBER I.

Capvt Primvm.

De nomine Iuriſdictionis.

Observata.

1 *Variorum de iuriſdictione errorum cauſa prima verbi ὁμωνυμία hactenus perfecte non explicata.*

2 *Neglecta ὀνομάτων notitia ad πραγμάτων notionem perueniri non poteſt.*

3 *Ὁμωνυμίας tria genera.*

4 *Prima & latiſſima verbi* iuriſdictionis *ſignificatio iuris tam publice conſtituendi, quam poſtulantibus ſingulis reddendi facultatem comprehendit.*

5 *Pro* νομοθεσίᾳ *pretoria accipitur.*

6 *Pro* δικαιοδοσίᾳ *ſiue iuris reddendi facultate in genere.*

7 *Pro edictis pretorum.*

8 *Pro ſententia, decreto ac iuſſu iudicum.*

9 *Pro decreto vel iuſſu pretoris vel ædilium.*

10 *Pro ſubiecto loco, cauſis & perſonis, in quas exercetur iuriſdictio.*

11 *Pro iure ac legibus, ſecundum quas exercetur iuriſdictio.*

12 *Pro iuriſdictione iure magiſtratus vel more maiorum competente.*